Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

est autem hec visio per aliquam creaturam subditam [subiectam] sicut et nobis per prophetas et angelos:

De formatione mulieris et impositione nominum animantium.

Dixit quoque deus. Non est bonum hominem esse solum. faciamus ei adiutorium ad procreandos liberos quod sit simile illi. Similia enim de similibus naturaliter nascuntur: sed ne videretur ade superflua mulieris formatio. putanti sibi in animantibus esse simile: ideo adduxit deus ad adam omnia animantia terre et aeris quibus intelligenda sunt et aquatica animantia. a parte totum. vel universa sunt terre. quia et de aquis aliquid habent terre in se. vel potius pisces post ab omnibus sunt cogniti et agnominati. quod patet quia equivocantur cum animantibus terre. quia similes his deprehensi sunt. fecit autem ut omnia simul venirent eo nutu quo omnia creavit. vel forte factum est per angelos. adduxit autem pro duobus. ut et imponeret eis nomina homo. in quo sciret eum super esse. et sciret adam nullum esse simile ex eis. Imposuit eis nomina adam loquens lingua hebrea. que sola fuit ab initio. quod inde perpenditur quia nomina que leguntur usque ad divisionem linguarum hebrea sunt. et non invento simili sibi. misit deus soporem in adam non somnium sed extasim. in qua creditur superne interfuisse curie. unde et evigilans prophetavit de coniunctione christi et ecclesie. et diluvio futuro. et de iudicio per ignem. ibidem cognovit. et liberis suis postea indicavit.

De sompno Ade.

Cumque obdormisset: tulit unam de costis eius. carnem scilicet et os. et edificavit ministerio angelorum illam in mulierem. de carne carnem et de osse ossa faciens. et statuit eam ante adam. qui ait. hoc nunc os ex ossibus meis. et caro de carne mea. hoc adverbium nunc iudeos traxit in errorem. ut dicant aliam prius feminam de qua dictum est. Masculum et feminam creavit eos. et nunc secunda quasi dicat. adam primo facta est mulier de limo mecum. sed hec de carne mea. Iosephus dicit mulierem extra formatam in paradisum.

De diversis translationibus. Semel domini anno incarnationis domini anno ccclx temporibus Ptolomei Philadelfi. lxx interpretes floruerunt. post ascensionem domini annis cxxiiii. Aquila primus interpres ex hebreo in grecum floruit. regnante Adriano. deinde post annos l. Theodotion commodo ... regnante. deinde post annos xxx sub Severo Simachus. deinde post annos viii. quinta editio Ierosolimis est inventa. que quia auctor eius ignoratur vulgata dicitur. deinde post annos xviii. sub Alexandro Origenes transtulit cum asterisco ⁜ et obelo ÷ preterea fuit hiis translatio. hii omnes de hebreo in grecum transtulerunt. qui autem de greco in latinum plures. in primitiva enim ecclesia scioli utriusque lingue de greco in latinum transferebant sermonem. Ieronimus ultimo de hebreo in latinum cuius editio usque nunc servatur a nobis.

In Periarchon i. libro quem Origenes dicit, Christum adhuc in aere pro demonibus pati debere. sicut in terra pro hominibus passus est. hac auctoritate. Nichil odisti eorum que fecisti.